εἶδος· τετάχαμεν δ' οὕτως, οὐκ οὖσαν οὔτε ταύτην παρέκβασιν, οὔτε τὰς ἄρτι ῥηθείσας ἀριστοκρατίας, ὅτι τὸ μὲν ἀληθὲς, πᾶσαι διημαρτήκασι τῆς ὀρθοτάτης πολιτείας· ἔπειτα καταριθμοῦνται μετὰ τούτων· εἰσί τ' αὐτῶν αὗται παρεκβάσεις, ὥσπερ ἐν τοῖς κατ' ἀρχὴν εἴπομεν. τελευταῖον δὲ περὶ τυραννίδος εὔλογόν ἐστι ποιήσασθαι μνείαν, διὰ τὸ πασῶν ἥκιστα ταύτην εἶναι πολιτείαν, ἡμῖν δὲ τὴν μέθοδον εἶναι περὶ πολιτείας. δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν τέτακται τὸν τρόπον τοῦτον, εἴρηται. νῦν δὲ δεικτέον ἡμῖν περὶ πολιτείας. φανερωτέρα γὰρ ἡ δύναμις αὐτῆς διωρισμένων τῶν περὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας. ἔστι γὰρ ἡ πολιτεία, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, μίξις ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας. εἰώθασι δὲ καλεῖν, τὰς μὲν ἀποκλινούσας ὡς πρὸς τὴν δημοκρατίαν, πολιτείας· τὰς δὲ πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν, μᾶλλον ἀριστοκρατίας, διὰ τὸ μᾶλλον ἀκολουθεῖν παιδείαν καὶ εὐγένειαν τοῖς εὐπορωτέροις. ἔτι δὲ δοκοῦσιν ἔχειν οἱ εὔποροι, ὧν ἕνεκεν οἱ ἀδικοῦντες ἀδικοῦσιν· ὅθεν καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς, καὶ γνωρίμους τούτους προσαγορεύουσιν. ἐπεὶ οὖν ἡ ἀριστοκρατία βούλεται τὴν ὑπεροχὴν ἀπονέμειν τοῖς ἀρίστοις τῶν πολιτῶν, καὶ τὰς ὀλιγαρχίας εἶναί φασιν ἐκ τῶν καλῶν κἀγαθῶν μᾶλλον. δοκεῖ δὲ εἶναι τῶν ἀδυνάτων τὸ μὴ εὐνομεῖσθαι τὴν ἀριστοκρατουμένην πόλιν, ἀλλὰ πονηροκρατουμένην· ὁμοίως δὲ καὶ ἀριστοκρατεῖσθαι τὴν μὴ εὐνομουμένην. οὐκ ἔστι δὲ εὐνομία τὸ εὖ κεῖσθαι τοὺς νόμους, μὴ πείθεσθαι δέ. διὸ μίαν μὲν εὐνομίαν ὑποληπτέον εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς κειμένοις νόμοις· ἑτέραν δὲ, τὸ καλῶς κεῖσθαι τοὺς νόμους, οἷς ἐμμένουσιν· ἔστι γὰρ πείθεσθαι καὶ κακῶς κειμένοις. τοῦτο δὲ ἐνδέχεται διχῶς· ἢ γὰρ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐνδεχομένων αὐτοῖς, ἢ τοῖς ἁπλῶς ἀρίστοις. δοκεῖ δὲ ἀριστοκρατία μὲν εἶναι μάλιστα, τὸ τὰς τιμὰς νενεμῆσθαι κατ' ἀρετήν· ἀριστοκρατίας μὲν γὰρ ὅρος, ἀρετή· ὀλιγαρχίας δὲ, πλοῦτος· δήμου δ', ἐλευθερία· τὸ δ' ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν, ἐν πάσαις ὑπάρχει· καὶ γὰρ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ, καὶ ἐν δήμοις, ὅ τι ἂν δόξῃ τῷ πλείονι μέρει τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας, τοῦτ' ἐστι κύριον. ἐν μὲν οὖν ταῖς πλείσταις πόλεσι τὸ τῆς πολιτείας εἶδος καλεῖται· μόνον γὰρ ἡ μίξις στοχάζεται τῶν εὐπόρων

A Ordinauimus autem ipſam nos, cùm prius non eſſet, neque hæc tranſgreſſio, neque illæ, de quibus modò diximus, optimates, quia re vera omnes aberrant à rectiſſima gubernandi forma. poſtmodum cum iſtis numerantur, & ſunt harum tranſgreſſiones & labes, vt in ſuperioribus circa principium diximus. meritò autem poſtremo loco tyrannidem reſeruauimus, propterea quòd iſta minimè eſt reſpublica: noſtra verò materia eſt de republica tractare. B Qua igitur de cauſa ſic ordinauimus, dictum eſt. Nunc autem eſt à nobis de illa quæ communi nomine appellatur reſpublica, oſtendendum. nam clarius eius vis apparebit poſt determinationem eorum quæ ad paucorum gubernationem, & ad popularem ſpectabant. Eſt enim reſpublica (vt ſimpliciter dicamus) miſtura paucorum gubernationis ac popularis. C Conſueuerunt autem eas quæ inclinant ad popularem, vocare reſpublicas: eas verò quæ ad paucorum gubernationem, vocare optimates: ex eo quia opulentioribus doctrina atque nobilitas magis adeſſe conſueuerunt. præterea qui diuitias habent, ea videntur habere, propter quæ cæteri iniurias faciunt. vnde & honeſtos, & bonos, & nobiles iſtos appellant. Cùm ergo optimatum gubernatio velit excellentiam tribuere optimis ciuibus, D & paucorum gubernationem eſſe dicant ex bonis & honeſtis magis, videtur impoſſibile quæ ciuitas non ab improbis ſed ab optimis gubernetur, eam non bene gubernari: eodémque modo quæ leges non habeat bonas, gubernari ab optimatibus. Habere autem leges bonas, non id eſt, ſi rectè ſint poſitæ, nec eis pareatur. Itaque vna rectè legum inſtitutio putanda eſt, legibus parêre: E altera, vt rectè ſint leges poſitæ, quibus parêre oportet. fieri enim poteſt vt pareant ciues malè poſitis legibus. id autem dupliciter accidit: aut enim optimis quantum datur ipſis, aut ſimpliciter optimis. Videtur autem optimatum eſſe, maximè honores tribuere ſecundum virtutem. finis enim optimatum virtus: paucorum verò gubernationis diuitiæ: popularis autem libertas. Quod autem F pluribus videtur, commune eſt omnium. nam in paucorum, & multitudinis gubernatione, & in optimorum, quod videtur maiori parti eorum qui in republica verſantur, id obtinet. In pleriſque igitur ciuitatibus, hæc ſpecies gubernandi reſpublica vocatur. ſola enim miſtio coniecturam facit opulentorum